

LIECHTENSTEINISCHES GYMNASIUM

MATURA 2005 LATEIN

Zeit: 180 Minuten

8a

Dr. Manfred Schlapp

Nomen Maturandae/i:

A: Übersetzung = 12 Punkte

B: Grammatik und Fragen zum Text = 7 Punkte

C : Textverständnis = 5 Punkte

Gesamtpunktezahl:

Note:

A Übersetzung (12 Punkte):

Hilfsmittel: Stowasser
(auf liniertem Blatt mit 5 cm Rand, rechts)

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM DICIT

Servi homines sunt!

Libenter ex his, qui a te veniunt, cognovi te familiariter cum servis tuis vivere: hoc tuam eruditionem decet! itaque rideo istos, qui turpe existimant cum servis suis cenare. quid!? cum servis cenare non sustinent et deminutionem maiestatis suae putant ad eandem mensam cum servo suo accedere!

Cogitaveris istum, quem servum vocas, iisdem seminibus ortum, eodem caelo frui, aequae spirare, aequae vivere, aequae mori! haec summa mei praecepti est: sic cum inferiore vivas, quemadmodum tecum superiorem vivere velis! quotiens tibi in mentem venit, quantum miseriae servus tuus doleat, in mentem veniat tantundem tibi domino accidere posse! „ego dominus – inquis – nullum dominum habeo“. aetas tua bona est: nescis, qua aetate Hecuba regina, qua aetate Croesus rex servire coeperit?

Rectissime te facere iudico, quod timeri a servis tuis non vis: verborum castigatione neque verberibus uteris. servi dominum potius colant quam timeant! qui colitur, et amatur: non potest amor cum timore misceri!

Nota bene: Atme tief durch und lies den Text mit konzentrierter Aufmerksamkeit durch!

Memento: Quidquid agis, prudenter agas et respice finem!

B Grammatik und Fragen zum Text (7 Punkte):

Bestimme den Casus (2 Punkte):

iisdem seminibus =
 eodem caelo =
 miseriae =
 qua aetate =

Bestimme den Modus (1.5 Punkt):

cogitaveris =
 vivas =
 velis =

Wofür wurde der Name Croesus sprichwörtlich (1 Punkt)?

Seneca vertrat die stoische Philosophie: Welches Weisheitsideal postulierte diese Philosophie (2.5 Punkte)?

C Textverständnis (5 Punkte):

Erras, si existimas me quosdam servos sordidioris operae reiecturum, ut puta: illum mulionem aut illum bubulcum. non ministeriis illos aestimabo, sed moribus! sibi quisque dat mores, ministeria casus adsignat. quidam cenent tecum, quia digni sunt, quidam, ut sint! si quid in illis ex sordida conversatione servile est, honestiorem convictus excutiet. quemadmodum stultus est, qui equum empturus non ipsum inspicit, sed eius stratum ac frenos, sic stultissimus est, qui hominem aut ex veste aut ex condicione aestimat!

Fasse den Inhalt dieses Textes mit eigenen Worten zusammen und bringe die „Message“ auf den Punkt:

Inhalt (3 Punkte):

„Message“ (2 Punkte):